

72. Vetas me cœlo interesse, id est, jubes me vivere capite demisso. *Prosec.*

73. Major sum et ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis, quod quidem non aliter aspicio, quam ut vinculum libertati meae circumdatum. *Ibid.*

74. Contemptus corporis sui, certa libertas est. *Ibid.*

75. Corpus nullis eget rebus, ut valet. Ep. 80.

76. Velamentum animæ corpus est, cui ut quamdam vestem natura circumdedit. Ep. 92.

77. Nemo liber est, qui corpori servit. *Ibid.*

78. Non est domus hoc corpus, sed hospitium, quod relinquendum est, ubi gravem esse hospitii videas. Ep. 120.

79. Corpusculum etiamsi nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quam magnam. *Prosec.*

80. Vanas suggerit voluptates, breves, pœnitendas ac, nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ep. 23.

81. Non videmus quam multa nos incommoda exagitant, quam male nobis conveniat hoc corpus. *Prosec.*

82. Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore, ac faucibus querimur; alias nervi nos, alias pedes vexant.

83. Nunc dejectio, nunc distillatio; aliquando superest sanguis, aliquando deest, hinc atque illinc tentamur, et expellimur.

84. At nos corpus tam turpe, nihilominus alterna proponimus, et in quantum potest etas humana tendi, tantum spe occupamus. Ep. 120.

85. Sunt quorum corpus innoxium est, et in mille facinorum furias mens olosa discurrit. In suis *Proverb.*

86. Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum est. *Pros.*

87. Melius est uno membro vivere, quam cum duobus puniri. Sent. 10.

88. Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem semper sit apud Deum. Sent. 48.

89. Corpus animæ molestum non natura, sed peccatum fecit. *Ibid.*, sent. 131.

90. Quantum laboras pro corpore! si tantum labores pro anima, sapiens eris. *Ibid.*, sent. 294.

91. Tabernaculum quidem corporis graviter ferre, superbum est; deponere autem posse in pace (cum oportuerit) beatum est. *Ibid.*, sent. 309.

92. Membra corporis sarcina sunt iis, qui eis non utuntur. *Ibid.*, sent. 325.

93. Vestimentum esse putabo animæ corpus tuum, mundum igitur id conserva. *Ibid.*, sent. 336.

94. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a Deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude. *Ibid.*, sent. 429.

95. Corpus indumentum est inscitiae, corruptionis vinculum, velamen opacum, sensitivum cadaver, sepulcrum circumvertile, domesticus fur; qui, dum blanditur, odit, invidet. *Lib. de potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 7.

Vide etiam titulos, *Animus*. sent. 124; *Abstinencia*, sent. 36, 48; *Cibus*, per totum. *Creatio*, sent. 14; *Donatio*, per totum. *Infirmis*, per totum. *Luxuria*, sent. 76; *Mortificatio*, per totum. *Nutritio*, per totum. *Refractio*, per totum. *Salus corporis*, per totum. *Sobrietas*, sent. 37.

## CORRECTIO.

*Etymologia.* Correctio dicitur quasi cordis reformatio. Itaque corrigere, est quasi cor regere.

*Definitio.* Correctio est erroris innati, vel consuetudine introducti, freno rationis inhibito. *De fructibus carnis et spiritus*, cap. 13.

Correctio est justitia inclinans retrahere alterum ab imminenti casu in culpam, vel promoveri ad penitentiam post casum, et hoc secreta et inter paucos, et non auctoritative. In *Descript. terminorum*, cap. *Justitia*.

Correctio est quoddam remedium, quod adhibetur contra peccatum alienius delinquentis, 2, 2, quæst. 33, art. 1.

Correctio est sermo cum reprehensione ex consilio proficiens, peccati avertendi gratia. *Syzygia 6, de Definitionibus*.

*Differentia.* Publica est correctio, sed secreta s. correctio. *Serm. 16, de Verb. Domin.*

Correctio fit in verbis, correctio fit in flagellis, s. *Donavert. Sup. Sapientiam*, cap. 1.

Hæc differentia esse videtur inter correctionem et correctionem; quod correctio sit, quando quis arguitur, etsi non emendatur; correctio vero quando etiam emendatur. *Serm. 68, de Octo terris*.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Dum in hoc corpore vivitur, nullus est negligenda correctio, nullus est desperanda reparatio. *Lib. de Vocatione gentium*, cap. 10.

2. Sicut amici adalantes pervertant, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. *Lib. 9, cap. 8.*

3. Ecclesia catholica malos mores hominum condemnat, et quotidie tanquam malos filios corrigere studet; sed quicumque illorum bona voluntate Deique auxilio corriguntur, quod amiserant peccando, penitendo recuperant; qui autem voluntate mala nolentes corrigi in pristinis vitiis

COLLECTOR.

HUGO A.

S. VICTORE.

JOAN. GERS.

S. THOMAS

AQUINAS.

PLATO.

AUGUSTIN.

DONAVERT.

HUGO A.

S. VICTORE.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

AUGUSTIN.

perseverant in agro quidem Domini sinuatur esse, et cum bonis seminibus crescere, sed venit tempus, quo zizania separantur. *De Morib. Ecclesie*, cap. 34.

4. Multo laudabilis est libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deviantem. Est laus justæ libertatis in Paulo, et sanctæ humilitatis in Petro. *Pros.*

5. Fidelis dispensator Apostolus Paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem, quia veritatis dispensator erat, non falsitatis; ac per hoc verum scripsit vidisse se Petrum non recte ingredientem ad veritatem Evangelii, eique in faciem restitisse quod gentes cogeret judaizare. Ipse vero Petrus, quod a Paulo fiebat utiliter, libertate charitatis, sanctæ ac benignæ pietate humilitatis accepit; atque ita rarius et sanctius exemplum posteris præbuit, quo non dedignantur, sicuti forte recti tramitem relinquissent, etiam a posterioribus corrigi. Ep. 19, ad *Hieronym.*

6. Sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigat timor. Epist. 50, ad *Bonifacium*.

7. Non quemquam putes ab errore ad veritatem, vel a quocunque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine penitentia posse transire. Ep. 48, ad *Vincentium*.

8. Facilius est videre quid in alio corrigas, atque id vituperando vel oburgando corrigere, quam videre quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi. *Exposit. capituli 2, ad Galat.*

9. Nihil sic probat spiritalem virum, quam peccati alieni tractatio. *Ibid.* *Exposit. capituli 6.*

10. Modus sermonis sive aerius sive blandius proferatur, sicut salus ejus quem corrigis videtur postulare, moderandus est. *Ibid.*

11. Quidquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. *Ibid.*

12. Quisquis vel quod potest arguendo corrigat, vel quod corrigere non potest, salvo pacis vinculo excludat, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus. *Lib. 2, contra Epist. Parmentari.*

13. Salva pace corrigitur, quando non interfectorie percutitur, sed medicinaliter uritur. *Ibid.* lib. 3, cap. 2.

14. Contra medicinam correctionis obscurdescere non debemus. *Libro 4, contra Cresconium*, cap. 42.

15. Cujusque hominis pravitas, quanto periculosior et tortuosior est, tanto instantius et operosius corrigenda est. *Lib. 4, de Baptismo contra Donat.*, cap. 16.

16. Si hominibus quispiam ignorantie error

obrepserit, corrigendus est, non tamen tanquam hæresis corrigatur, et qui correctus fuerit, ita dicitur errare, ut non tamen hæreticus judicetur. *Libro 2, de Gratia Christi, contra Pelagium*, c. 23.

17. Melius expedit emendari et corrigi post lapsam, quam in nequitia permanere. *Lib. 1, Contra Julianum*, cap. 2.

18. Corrigitte arguendo, consolamini alloquendo. *Sup. Psalm.* l.

19. Nullo modo dicenda est via correctæ, quando est vita perversa. *Super Psalm.* cxviii.

20. Quomodo alios corrigere poterit, qui proprios mores (si iniqui sint) non corrigat? *De duodecim abusivibus*, Gradu 9.

21. Brevis est vita, et ipsa brevis semper incerta; quando sit dies tuus ultimus, nescis; corrige te ergo hodie propter cras. *Ser. 16 de Verbis Dom.* 4 *Quadrag.*

22. Frequenter plaga disciplina corrigitur, si nihil proficiant hortamenta justorum. *Ser. Dom.* 4, *Quadrag.*

23. Certe melius homo corrigitur pravus, quam frangitur durus. *De Octo quæstionibus*, quæst. 3.

24. Magis innocentes non estis, si quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. In *Regul.* 3.

25. Nolentes (qui peccaverint) corrigi, nihil aliud delegerunt, nisi cum mundo damnari. *De Agone Christi*, cap. 31.

26. An forte corrigi pudet? hoc vitium nomini superborum est. *Libro 10, de Civ. Dei*, cap. 29.

27. Hodie te corrige; reus es, Deus jud. x. est. Corrige reatum tuum, et gaudebis ad judicem. *Prosec.*

28. Hodie hortatur te ad correctionem, ne judicet te; et qui iudex tuus futurus est, ipse est hodie advocatus tuus. In *exposit.*, *Psalm.* li, vers. 6.

29. Sic error corrigendus est ovis, ut in ea non corrumpatur signaculum Redemptoris. Ep. 50, ad *Bonifac.*

30. Quomodo gaudebis te esse correctum, nisi doleas fuisse perversum? *Ibid.*

31. Penitus extra Deum est, quisquis (dum tempus est) corrigi noluerit. *Super Psalm.* vi, vers. 7.

32. Non regit, qui non corrigit. *Super Psalm.* xlv, vers. 8.

33. Admonet nos Dominus non negligere invicem peccata nostra, non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. *Serm. 16, de Verbis Dom.*

34. Cavendum est, ut primum nostra delicta, quæcumque illa sint, emendemus; et tunc deinde alios incensemus. Habetur in *Glossa ord.*

S. BASILIUS  
MAGNUS.

super *Epist. ad Rom.*, cap. 2, in illud: *Omnis qui iudicis, etc.*

V. BEDA. 35. Corrige te primum, qui corrector es aliorum. In suis *Proc.*, verbo *Corrige*.

36. Difficile corrigitur nequitia; quam concepit quis in pueritia. *Ibid.*, verbo *Difficile*.

37. Lascivus juvenis eget, ut crebro moneatur. *Ibid.*, verbo *Lascivus*.

38. Qui verbis lenibus potest corrigi, non debet increpatione exasperari. *Ibid.*, verbo *Qui*.

39. Tepide viventes Christiani difficiliter corriguntur, quam pagani. *Ibid.*, verbo *Tepide*.

S. BERNARD. 40. Ad mores corrigendos pernecessaria est, cum multa quidem diligentia, disciplina censura. *Serm.* 56, sup. *Cant.*

41. Ingenua humilitatis est non erubescere corrigi. *Ep.* 35, ad *Magistram Hugonem*.

42. Prelati portare debent subtilis sutos, quos corrigunt, et corrigere quos portant. *Prose.*

43. Prelati aliquando rigide, aliquando cum dulcedine, aliquando cum asperitate, aliquando verbis, aliquando flagella, debent subjectos suos corrigere; quia ille qui blandis verbis castigatus non corrigitur, necesse est ut acrius corrigatur. *Serm.* 18, ad *Sorcorem*.

44. Moderata correctio omnino quoddam magnum bonum, datum optimum est, quod habent pauci. *Lib.* 2, *Florum*, cap. 23.

45. Non sis in corrigendis remissior, non severior in parcendis. *Ep.* 43, ad *Henricum*.

S. BONAVENT. 46. Quando sapientis disciplina corrigeris, ornaris ornamento pulcherrimo; quando disciplinam correctionis contemnis, margaritam conculcas. *Ser.* 2, *Hexam.*

47. Sape veritas corrigit, quem severitas non constringit. *Sup. Psalm.* cxviii, exposit. 2, cap. 2, art. 1, vers. 3.

CÆSARIUS ARELAT. 48. Festinamus emendatam vitam Domino antequam auferat, offerre. *Homil.* 17.

BOUVSIUS CARBUS. 49. Qui non corrigit cum potest et debet, communicat delinquenti, et particeps est peccati, sup. 1, ad *Cor.*, cap. 3.

S. EUSEBIUS CÆSARIENS. 50. Qui videtur fratrem suum errantem, et mortalibus oppressum criminibus, et non ministraverit ei verbum doctrine, ille qui doctus est, homicida et sine charitate est. *Ep. ad Damasum Papam, de morte D. Hieronymi*.

S. EUSEBIUS EMISSEN. 51. Si grande periculum est aliena non arguere, quanto periculosius est propria non corrigere? *Hom.* 4, ad *Machaos*.

GLOSS. DECR. 52. Potius de misericordia, quam de rigore juris delinquentes debemus corrigere, et proniores esse in absolvendo, quam in condemnando. *Apud Gratian. in Decretis*.

GLOSS. INT. 53. Qui aliquo affectu carnali malorum consor-

tium exire dissimulant, crebra honorum admonitione cogendi sunt. *Sup. Gen.*, cap. 19, in illud: *Dissimulante illo, etc.*

54. In correctione necessaria est discretio, ne qui corrigere debet, occidat, vel in desperalionem, vel odium mittat. *Sup. Exodum*, cap. 21.

55. Unius afflictio, multorum est correctio. *Sup. Levit.*, cap. 20.

56. De manu ferientis Dei fugit, qui se corrigit. *Super Job*, cap. 27, in illud: *De manu ejus fugiens, etc.*

57. Perversa mens correctione deterior succenditur. *Super Proverb.*, cap. 23.

58. Peccator cum in profundum venerit vitiorum, correctionem contemnit. *Sup. Eccles.* c. 4.

59. Corrigat sapiens ut magister, compatiatur ut pater. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7.

60. Non destruantur, qui corriguntur; see correcti edificentur. *Super II, ad Cor.*, cap. 13, in illud: *Et non in destructionem, etc.*

61. Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, et amorem innocentie conversatione demonstrat. *In Beccetis*, parte 1, distinct. 81, can. *Nemo*.

62. Probat odisse se vitia, qui condemnat errantes; neque reliquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit erranti. *Ibid.*, distinct. 86.

63. Sancti viri se sciunt foris adversa tolerare, ut intus etiam noverint perversa corrigere. *Libro 3, Moral.*, cap. 12.

64. Mundus ipse a vitis esse debet, qui curat aliena corrigere. *Lib.* 7, *Moral.*, cap. 16.

65. Omnis per quem necesse est aliena vitia corrigi, semetipsum prius debet solerter intueri ne, dum aliorum culpas ulciscitur, ipse ulciscendi furore superetur. *Lib.* 26, *Moral.*, cap. 28.

66. Dignum est ut, cum aliena corrigimus, prius nostra meliamur, ut ne immoderate furando, seviamus *Ibid.*

67. Si is, qui corrigere nititur, ira operatur, opprimit antequam corrigat. *Ibid.*

68. Difficile est male inchoata corrigere et semel formata deformiter in melius reformare. *Lib.* 33 *Moral.*, cap. 11.

69. Facile culpa corrigitur, que et erubescitur, quia esse culpa sentitur. *Ibid.*, cap. 17.

70. Error cum virtus creditur difficiliter emendatur. *Ibid.*

71. Difficilis malum corrigitur, quod profectiois prosperitate fulevit. *Lib.* 34 *Moral.*, cap. 2.

72. Tunc protervi melius corriguntur, cum ea que bene egisse credunt, male acta monstrantur; ut unde adepta creditur gloria, inde utilis subsequatur confusio. *Parte 3 Pastoral.* cap. 1, admonit. 9.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

GRATIANUS.

S. GREG. MAG.

73. Omnis qui penitendo corrigit aliquo, quæ fecit, emendat quod fecit. *Hom.* 8, sup. *Ezech.*

74. Consentire videtur erranti, qui ad rescandam que corrigi debent non occurrit. *Habetur in Decret. Gratiani*, part. 1, dist. 83.

75. Per trisidium vultus corrigitur animus delinquentis. *Lib.* 5 *Moral.*, cap. 31.

76. Quos presentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt. *Lib.* 9 *Moral.*, cap. 24.

77. Peccatum usque ad inferos ducitur, quod ante finem vite presentis per correctionem non emendatur. *Lib.* 16 *Moral.*, cap. 28.

78. Sunt nonnulla, que corrigi nequeunt sine culpa corrigentis; atque ideo, cum vel corrigentem inquinant, vel omnimodo hæc agentem gravant, magna magisterii arte dissimulanda sunt, ipsaque hæc dissimulatione toleranda. *Lib.* 21 *Moral.*, cap. 7.

79. Quæ corrigere non valet, increpare quis non desinat. *Lib.* 23 *Moral.*, cap. 5.

80. Quasi sub studio consulendi, libido erumpit apparendi; non enim curat corrigendo quid prosit, sed quid appareat. *Prose.*

81. Nec studet ut malum quod cernit, corrigat; sed bonum quod sentit, ostendat. *Ibid.*

82. Qui proximi mala respiciunt, et tamen silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt; et eo mortis auctores fiunt, quo minus quem poterant curare, noluerunt. *Part.* 3 *Pastoralis*, cap. 1, admonit. 45.

83. Facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. *Lib.* 2, in *Registo*, indict. 2, cap. 114, epist. 114, ad *Theodoric. et Theodebertum, reges Francorum*.

84. Sapientis viri est et breviter audita latius pensare, et que Deo displicent celeriter corrigere. *Ibid.*, lib. 8, indict. 3, cap. 61, ep. 61, ad *Leontium, exconsulem*.

85. Regnum stabiliri creditur, cum culpa, que cognoscitur, citius emendatur. *Ibid.*, lib. 9, indict. 3, cap. 64, ad *Brunichildem, reginam Francie*.

86. Citius ad preceam judex flexitur, si a gravitate sua petitor corrigatur. *Ibid.*, lib. 11, indict. 6, cap. 2, ep. 2.

87. Ipse modus correctionis dicitur, ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. *Ibid.*, libro 12, ind. 7, super *Interrogationes*, cap. 4.

88. Qui non corrigit rescanda, committit. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 6, ep. 6, ad *Euseb. cretensem, Thessalonicens.*

89. Si negligenter ea, que male usurpantur, corrigere omittimus, excessus viam aliis aper-

mus. *Lib.* 7, in *Regist.*, indict. 1, cap. 28, ep. 28, ad *Joan., episc. Syracus.*

90. Cum in subiecto peccatum non corrigitur, in eos qui present sententia retorquetur. *Ibid.*, libro 3, indict. 12, cap. 23, epist. 23.

91. Qui emendare potest et negligit, participem se procul dubio delicti constituet. *Ibid.*, lib. 9, ind. 4, cap. 64, ep. 64, ad *Brunichildem, reginam Franc.*

92. Multi sunt, qui alios curare nituntur, ipsi s. GREG. NAZ. ulceribus scaten. *In Apologetico, de Sua fuga.*

93. Corrigendus est frater ille? facis hoc modeste, ac humaniter. *Orat.* 20.

94. Anima omnis, que admonitionem respuit, incurabilis est. *Habetur apud D. Joan. Damasc., libro 3, Parall.* cap. 61.

95. Si vis corrigere delinquentem, aperte in s. HIERONYM. crepa tantum ne occulte mordeas. *Ep.* 4, ad *Iustitium*.

96. Quem objurgatum non correxit, emendet pudor. *Epist.* 27, ad *Eustoch.*

97. Erravimus juvenes, emendemus senes. *Epist.* 19, ad *Pammachium et Oceanum*.

98. Deus eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. *Lib.* 2, sup. *Lament. Hieremias*, cap. 3.

99. Correctio vitiatorum magnum affert in bonitatem profectum. *Super Psalm.* cxviii, in illud: *Bonitatem fecisti, etc.*

100. Facile culpa corrigitur, que cito cognoscitur. *Super Regula divi Augustini*, cap. 9.

101. Multi ex verbera, que debeant corrigi, deteriores existunt, atque duriores. *Sup. Job*, cap. 36.

102. Sicut nitrum aspersum aceto crepitat, ita cor perversum aqua sapientie salutaris aspersum, id est quantumcumque suavi correctione tactum, ebullit irascendo et crepitat murmurando. *Sup. Proc.*, cap. 23.

103. Quidam corriguntur responsionis suavitate, alii sermonis austeritate. *Ibid.*, cap. 26.

104. Correctio morum in quinque consistit: in modestia verborum, in ordine gestuum exteriorum, in maturitate incessus, in vercundia vultus, in humilitate habitus. *Sup. Ecclesiastic.*, cap. 2.

105. Multum profect mansuetudo et simplicitas cum rectitudine ad fructum correctionis. *Super Epist. ad Hebr.*, cap. 7.

106. Qui sua ipsius vita non sanat, et actiones non corrigit, frater est ejus, qui seipsum perdit. *Ep.* 5, ad *Traianos*.

107. Procurandum nobis est, ut nostra emendare vita, et mores corrigere festinemus, que procul dubio si fuerint emendata, non dicam cum hominibus, sed etiam cum feris et bellis nobis

S. GREG. NAZ.

S. HIERONYM.

S. HILARIUS.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. IGNATIUS MARI.

JOAN. CASS.

conveniet. Libro 9, *Cænobiticorum instit.*, de Spiritu tristitia, cap. 8.

108. Evidens est tepida ac superba mentis indicium, si verborum assiduarum medicinam, quamvis studio nimie assiduitatis ingestam, fastidiose negligenterque suscipiat. Collat. 14, *Abbatis Nestorotis*, cap. 13.

S. JOANNES CHRYSOST. 109. Qua venia dignus erit qui alterius peccata emendator non fit? Hom. 20, sup. *Gen.*

110. Corrigat te dilatio miserantis, ne censura puniat iudicantis. Serm. 1, de *Sejuniis*.

111. Si ponit, corrige; si dolet, quiesce. Ser. de *Moyse*.

112. Quidquid hic passus fuerit homo, si corrigatur, emendatio est; si non corrigatur, duplex damnatio est. Hom. 6, de *Job*.

113. Nihil est impossibile, quam illum corrigere, qui omnia scit, et tamen contemnens hominum, diligit malum. Hom. 40, *Oper. imperf. sup. Matth.*

114. Innata vitia nullis cedunt remediis, voluntas autem depravata potest corrigi. Hom. 22, de *Variis locis super Matth.*

115. Non est confusio ab alio corrigi, imo confusio est repellere corrigentem. Hom. 40, sup. *Acta Apost.*

116. Medicus moruo laboranti, magister discipulo, pater filio ad correctionem, non ad dampnum consentit. Hom. 22, super 1, *ad Cor.*

117. Corrige fratrem, si præventus fuerit, sed cum mansuetudine, daemonis incursionem accusans magis, quam animi negligentiam. Super *Epist.*, ad *Galat.*, cap. 6.

118. Sufficit unus homo fidei zelo succensus, totum corrigere populum. Hom. 4, ad *Populum Antiochenum*.

119. Cum asinum cecidisse videtur, omnes manum porrigere, et pariter erigere student; fratrum vero pereunium cura habetur nulla. *Prosec.*

120. Asinus est blasphemus, animi pondus non ferens cecidit; accede, excita, et per verba, et per facta, et per lenitatem, et per vehementiam varia fit medicina. *Ibid.*

JOAN. TRITH. 121. Si adolescens non se correxerit, dum juvenis est, senex nunquam emendabitur. *Sup. Prolog. Regule S. Benedicti*, cap. 2, text. 4.

122. Oportet mundum esse a vitiis, qui corrigere vitia debet. *Sup. cap. 2, Reg. S. Bened.*, verb. *Legimus*.

S. ISID. HISP. 123. Tanta cura vitia tua corrige, quanto studio prospicias alia. Lib. 2, de *Synon.*, cap. 9.

124. Cito corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur; tardius autem sanatur vulnus, quod jam putrescentibus membris longo post tempore cu-

rationibus adhibetur. Lib. 2, de *Sum. bono*, cap. 23, sent. 10.

125-130. Nonnulli tantæ sunt pravitatis homines, qui dum ipsi a malo corrigi negligunt, corripientium vitam falsa criminatione detractant. *Prosec.*

131. Væ illi, qui et suam renuit corrigere vitam, et corripientium non desinit detrudere famam. Libro 3, de *Summo bono*, cap. 32, sent. 11.

132. Interdum ad tempus facta proximi corrector taceat, quæ statim corrigere nequaquam existimat. *Prosec.*

133. Nam, si corrigere potest et dissimulat, consensus alieni erroris habet. *Ib.*, c. 44, sent. 5.

134. Qui admonitus secreta de peccato, corrigi negligit publice arguendus est; ut vulnus quod occulte sanari nescit, manifesto debeat emendari. *Ibid.*, cap. 46, sent. 12.

135. Admonendus est is, qui in errore versatur et peccat, non publice, nisi necesse sit propter contumaciam. *Ep. ad Zenam*.

136. Corrector contemnendus non est, sed si id quod res est dicat, ei et credendum et parendum est. *Ibid.*

137. Prius discere et, antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. De *Div. inst.* lib. 4, de *Vera sapient.*, cap. 23.

138. Boni viri officium est, errores hominum corrigere, eosque in viam reducere. *Ibid.*, lib. 3, de *Iustitia*, cap. 18.

139. Sicut nihil prodest male viventibus ante acta vite prohibita, ita nihil officium peccata vetera correctæ. *Ibid.*, libro 6, de *Vero cultu*, cap. 24.

140. Differtur ultio, ut tempus habere possit correctio. Serm. 12, de *Quadrage.*

141. Non vult te Dominus (si forte peccatum videris fratris tui) continuo evolare ad publicum, et proclamare passim, ad divulgare aliena peccata, quod esset utique non corrigentis, sed potius infamantis. *Prosec.*

142. Ubi enim servare sibi mysterium viderit ille qui peccaverit, servabit et ipse emendationis pudorem.

143. Si vero diffamari se videat, illicio ad denegandi impudentiam converterit, et non solum non emendaveris peccatum, sed et duplicaveris. Hom. 3, in cap. 3, *Levitici*.

144. In eo est correctio supervacua, quem incorrigibilem pertinacia sua facit. *Epist. 21, Ad quemdam*.

145. Malo vos offendere vestrae opinionis consulendo quam tacere damnabiliter vobis, et ignominiam vestram dissimulare silentio. *Ibid.*, Ep. 55, ad *Gualterium episcopum Rossensem*.

146. Benigna est correctio, quæ ex charitate procedit. *Ibid.*, in *Invectiva contra depravatores*.

PETRA CELL. 147. Suaviter corrigitur, qui exemplo aliorum emendatur. Lib. 2, ep. 15.

S. PETR. DAM. 148. Facti culpam habet, qui quod potest, negligit emendare. Libro 7, ep. 3, ad *Henrici II filium*.

S. BEMIGIUS. 149. Qui fratrem diligere dicitur, si non corrigit eum eum errare viderit, simulatam charitatem erga proximum habere convincitur. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 12.

SALVIAN. 150. Qui corrumpimur rebus prosperis, corrigimur adversis. Lib. 6, de *Gubernat. Dei*.

151. Nequaquam uti mereamur prosperis, qui non corrigimur adversis. *Ibid.*

152. Solent etiam nequissimos, quos supplicia non correxerunt, blandimenta corrigere. *Ibid.*

153. Qui ignorantia peccant, errore agnito corriguntur. *Ibid.*

TERTULLIAN. 154. Ubi emendatio nulla, penitentia necessario vana. Lib. de *Penit.*, cap. 2.

THEOPHYLACTUS. 155. Ubi spes correctionis, ibi immorandum est; ubi autem illa defuerit, inde transeundum. *Sup. Marc.*, cap. 8, in illud: *Cavele a fermento*, etc.

S. THOMAS AQUINAS. 156. Si neglexeris corrigere, pejor eo factus est qui peccavit. 2, 2, quæst. 23, art. 2.

THOMAS A KEMPIS. 157. Volumus quod alii stricte corrigantur, et ipsi corrigi volumus. Lib. 4 de *Imit. Christi*, cap. 16, sect. 3.

158. Quid sunt verba, nisi verba? per aerem volant, sed lapidem non lædunt: si reus es, cogita quod libenter emendare te velis; si nihil tibi conscius es, pensa quod velis libenter pro Deo sustinere. *Prosec.*

159. Parum satis est ut vel verba interdum sustineas, qui necdum fortia verbera tolerare vales. Lib. 3 de *Imit. Christi*, cap. 46.

## SENTENTIE PAGANORUM.

CICERO. 160. Qui admonent amice, recipiendi sunt; qui inimice infectantur, repellendi. Lib. 1 de *natura Deorum*.

161. Monendi amici sæpe sunt et objurgandi; et hæc accipienda sunt amice, cum benevole fiunt. *Prosec.*

162. Sed hæc in re habenda est ratio et diligentia, primum ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat. De *amicitia*.

163. Monere et moneri proprium est amicitia. *Ibid.*

164. Omnium vitiorum peccatorumque nostrorum omnia Philoſophia petenda est correctio. Lib. 3 *Tuscul. quæst.*

165. Corrigenus est qui peccat, et admonitione, et vi, et molliter, et aspere. *Prosec.*

166. Cum ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere peccantem. Lib. 4 de *Ira*, cap. 14.

167. Civitatis mores magis corrigit paritas animadversionum. Lib. 1 de *Clementia ad Nerone*, cap. 21.

168. Parci sapiens, consulit, corrigit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 7.

169. Salutare admonitiones velut medicamentorum utilium compositiones sunt. Ep. 8.

170. Laborandum est ut animum nostrum formare incipiamus et corrigere antequam indurescat pravitas ejus. *Epist. 50*.

171. Illa admonitio efficacior est, et altius penetrat, quæ adjuvat ratione quod præcipit. *Ep. 94*.

172. Ex vitio alterius, sapiens emendat suum. In suis *Proverb.*

173. Res magnæ clementiæ est indulgendo corrigere peccata magis quam vindicando. *Ibid.*

Vide etiam tit. *Correptio* per totum; *Novitius*, sent. 18, 19; *Patientia Dei*, sent. 12, 26; *Severitas*, sent. 21; *Timor Dei*, sent. 78; *Venia*, sent. 10.

## CORREPTIO.

*Etymologia.* Correptio quæ græce *κατασκευη* dicitur eruditio est. Super *Psal.* XXXVII.

*Definitio.* Castigatio seu correptio, est curatio animæ, quæ fit ob peccatum. *Syzygia 6, de Definit.*

*Differentia.* Publica est correptio, sed secreta correctio. Ser. 16, de *Verbis Domini*.

Correptio fit in verbis, correptio fit in flagellis. S. DONAVENT. Super *Sapient.*, cap. 1.

Hæc differentia esse videtur inter correptionem et correctionem; quod correptio fit quando quis arguitur, etsi non emendetur; correctio vero quando etiam emendatur. *Homil. 68, de Octo terribis*.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Correptiones in amicitia gratis sunt, quæ aculeos habent, dolorem non habent. *Prosec.*

2. Compungimur enim censoris sermonibus, sed benevolentia delectamur sedulitate. Lib. 1, *Offic.*, cap. 34.

3. Non iterum arguas et impugnes, cuius crimen nonprehenderit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 24.

4. Sunt bonæ correptiones, et plerumque meliores quam tacita amicitia. *Pros.*

5. Etsi lædi se putat amicus, tu tamen corripere, etsi amaritudo correptionis animum ejus vulneret, tu tamen corripere ne verearis. *Ibid.*, lib. 3, cap. 16.

SENECA.

S. AMBROS.

PLATO.

AUGUSTIN.

S. DONAVENT.

HUGO A

S. VICTORIS.

S. AMBROSIOUS.

6. Si quid in amico vitii cognoveris, corripce occulte; si non audiverit, corripce palam; errantem amicum corripce, innocentem amicum ne deseras. *Ibid.*

7. Objurget amicum amicum, non jactantia studio, sed affectu elaritatatis; neque monilio aspera sit, neque objurgatio contumeliosa. *Ibid.*

8. Utiles sunt correptiones; nemo ergo desperare debet quicunque corripitur atque arguitur; qui enim diligit, corripit. Lib. 5, Ep. 18, ad *Heronianum*.

9. Non osculatur semper pater filium, sed et aliquando castigat; ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. *Prosec.*

10. Habet enim et amor plagas suas; quae dulciores sunt eum amari inferuntur.

11. Dulcior est religiosa castigatio, quam blanda Patris remissio. *Serm. 84.*

12. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac divitem, qui si arguatur alicujus culpae reus, non moleste ferat? Lib. 4, de *Apologia David*, cap. 2.

13. Homines cum corripiuntur, peccatum suum ingravat, dum negare cupiunt aut defendere; ibique eorum lapsus est major, ubi speratur correctio.

14. Medicina Christi correptio est; corripit enim Deus quem vult convertere. *Sup. Psalm. xxxvii.*

15. Plus proficit amica correptio, quam acensio turbulenta: illa pudorem incutit, haec indignationem movet. Lib. 8, super *Luc.*, cap. 17, in illud: *Increpa ultum.*

16. Corripite fratrem ut erubescat, non ut timeat; infirmus enim custos diuturnitatis est timor, pudor autem bonus magister officii. *Pros.*

17. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur; quem vero pudet facere, in naturam vertit. *Ibid.*

18. Solemus modum egredi dum corripiendo irascimur, et invenimur ipsi peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, et amplius oneramus peccantem, quam meretur. *Sup. Ep. ad Ephes.*, cap. 4, in illud *Psalm. vi: Irascimini et nolite peccare.*

19. Proximorum mala aliquando corripiendo corrigere debemus (tempore videlicet opportuno) aliquando patienter tolerare; ut quos correptio non emendat, patientia ad emendationem provocet. *Prosec.*

20. Sunt nonnulli, qui reprehendere proximos nesciunt, nisi ira inflammati, et tandiu iram in corde gestant, donec in actibus proximi aliquid videant, quod reprehendere possint; quod si ali-

cui viderit talis displicuisse, dicit se zelo Dei hoc fecisse.

21. Ad te ergo loquor, qui talis es, si zelus in te est, cur oculi tui per diversa vagantur more diabolico, desiderans malum potius videre, quam bonum; desiderans in proximo videre malum quod reprehendas, non bonum unde adificeris?

22. Sunt etiam multi, qui eos a quibus aliquam injuriam pertulerunt, etiam pro minimis delictis impatienter insectantur; eos vero quos diligunt, non solum non reprehendunt (quamvis graviter deliquerint) sed etiam tota virtute defendunt.

23. O infelix amicitia! quae illum quem diligit, tacendo et defendendo diabolo tradit; illum vero cui iratas est, reprehendendo a diabolo abstrahit.

24. Correptio ergo illa justa est, quae ex zelo Dei et amore fraterno descendit, quae non propter iram vindicandam, sed propter animam proximi salvandam profertur. *Super Apocal.*, cap. 2.

25. Peccatum unius quod cognitum non arguitur, multos contaminat. imo omnes qui norunt, et non devitant aut, cum possint arguere, dissimulant; non enim sibi videtur peccare, quando a nullo corripitur, aut vitatur. *Sup. I ad Cor.*, cap. 5, in illud: *Moltem fermentum, etc.*

26. Pater qui parit virgae, odit filium suum; qui autem diligit, instanter erudit. *Parte 4, tit. 3, cap. 7, § 9.*

27. Vere peccans, alterius peccatum castigare non valet. *Serm. Dom. 4 post Trinit.*

28. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia s. consilendi charitate; et nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. *Prosec.*

29. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur; quia et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.

30. Si tanta est perversitas et impietas, ut ei corrigendae nec disciplina possit prodesse nec venia, a bonis tamen intentione atque conscientia (quam Deus cernit) sive severitate, sive lenitate, non nisi officio dilectionis impleatur. *Ep. 54, ad Macedoniam.*

31. Molestus est medicus furenti phrenetico, et pater disciplinato filio, ille ligando, ille cecidendo, sed ambo diligendo; si autem illos negligant, et perire permittant ista potius mansuetudo falsa crudelitas est. *Ep. 50, ad Bonifac.*

32. In corripiendo filio quamlibet asperae, nunquam profecto amor paternus amittitur; fit tamen quod nolit et doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. *Ep. 5, ad Marcellin.*

33. Imple Christiane iudex pii patris officium; sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineras. *Prosec.*

34. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. *Ep. 159, ad Marcellin.*

35. Plerumque necesse est, exerceatur acrius inquisitio ut manifestato scelere, sit ubi appareat mansuetudo. *Ibid.*

36. Quis facile invenitur, qui velit reprehendi? et ubi est ille sapiens, de quo dictum est: Corripce sapientem, et amabit te? numquid tamen ideo non debemus reprehendere. corripere fratrem, ne securus tendat ad mortem? *Ep. 87, ad Felicitatem et Rusticum.*

37. Si ille qui corripit reddere vult malum pro malo ei, qui corripit indignatur, non fuit dignus qui corripere, sed dignus plane qui etiam ipse corri deberet. *Ibid.*

38. Non omnis qui parit amicum est, nec omnis qui verberat inimicum; meliora sunt vulnera amica, quam voluntaria oscula inimici. *Ep. 48, ad Vincentium.*

39. Melius est enim severitate diligere, quam cum lenitate decipere. *Ibid.*

40. Quodquid facit vera et legitima mater, etiamsi asperum amarumque sentiat, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplina expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi. *Ibid.*

41. Qui trucidat, non considerat quemadmodum laenet; qui autem curat, considerat quemadmodum solet; ille enim persequitur sanitatem, isto paternitatem. *Ibid.*

42. Mallem me reprehendi a reprehensore falsitatis, quam ab ejus laudatore laudari. *Lib. 1, de Trin.*, cap. 3.

43. Magis optulo a quolibet reprehendi, quam ab adulante laudari. *Libro 2.*

44. Nullus reprehensor formidandus est a matori veritatis. *Ibid.*

45. Aut inimicus reprehensus est, aut amicus; si ergo inimicus, ferendus est; si amicus audiendus. *Ibid.*

46. Reprehendat se in minimis, qui meminit se deliquisse in maximis. *De Spiritu et anima*, cap. 57.

47. Ne arguendo vindicare te vells, sed potius consulere illi, quem arguis. *Lib. 3, sup. Levit.*, quest. 70.

48. Patientia probanda est, cum necesse erit arguere quem diligis. *De Anticitta*, cap. 22.

49. Non solum arguendi sunt amici, sed, si opus fuerit, objurgandi. *Ibid.*, cap. 27.

50. Maxime hi facile reprehendunt, qui magis amant vituperare et damnare, quam emendare atque corrigere; quod vitium vel superbiae est,

vel invidentiae. *Lib. 2, de Serm. Dom. in monte.*

51. Pie cauteque vigilandum est ut, cum aliquem reprehendere vel objurgare nos necessitas coegerit; primum cogitemus, utrum tale sit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo jam caruimus; et si nunquam habuimus, cogitemus et nos homines esse, et habere potuisse. Si vero habuimus, et jam non habemus, tangat memoriam communis fragilitatis, ut illam reprehensionem aut objurgationem, non odium, sed misericordia praecedat. *Ibid.*

52. Raro et in magna necessitate objurgationes adhibendae sunt; ita tamen ut etiam in his ipsis, non nobis, sed Domino serviamus, instemus. *Ibid.*

53. Potest esse dilectio in vindicante; quod unusquisque in filio suo probat, cum eum in mores pessimos defluentem, severissima correptione constringit; et tanto magis, quanto magis eum diligit, atque hoc modo corrigi posse arbitratur. *Contra Adimantum*, cap. 17.

54. Non potest esse salubris multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. *Lib. 3, contra Epist. Parmeniani*, cap. 2.

55. Sicut est plerumque crudelis fallax adulatio, sic semper misericors justa correptio. *Lib. 2, contra Ep. Petilian.*, cap. 67.

56. Malum me misericordii objurgatione sanari, quam blanda adulatione decipi atque perverti. *Ibid.*, cap. 103.

57. Non est malum correptionis pena, cum sit malum culpa; neque enim ferrum est inimici vulnerantis, sed medici secantis. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.

58. Quicunque Dei praeccepta jam tibi nota non facis, et corripit non vis, etiam propterea corripiendus es, quia corripit non vis. *De correptione ei gratia*, cap. 5.

59. Haec est correptionis utilitas, quae nunc major, nunc minor pro peccatorum diversitate salubriter adhibetur; et tunc est salubris, quando superius medicus respicit. *Ibid.*

60. Corripiantur a propositis suis subditi fratres, correptionibus de charitate venientibus, pro culpam diversitate diversis, vel minoribus, vel amplioribus. *Ib.*, cap. 13.

61. Omnibus ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est a vobis medicinaliter severa correptio. *Prosec.*

62. Si timore non corripimus, ne aliquis inde pereat, cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? *Ibid.*, cap. 16.

63. Ille justus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur. *Sup. Psalm. L.*

64. Melius est erudiri in virga patris, quam in blandimento perire pædonis. Super. *Psalm. LXXXVIII.*

65. Illos qui pertinent ad gubernationem tuam, vindicæ, coercere cum dilectione, cum charitate, attendens salutem æternam, ne cum parcis carni, anima pereat. *Prosec.*

66. Servum tuum si male viventem videris, poena aliqua, aut verberibus refrænabis, sed animo dilectionis fac, non animo ultionis. Sup. *Psalm. CII.*

67. Ecce nescio quis peccavit, graviter peccavit, increpandus est; sed qui, ne perdat quod secatur, tacet, non corripit, mercenarius est. *Prosec.*

68. Tu taces, non increpas, o mercenarie, lupum venientem vidisti, et fugisti; fugisti, quia tacuisti; tacuisti quia timuisti. Fuga animi, timor est; corpore stetisti, spiritu fugisti. Tract. 46 sup. *Evang. Joan.*, de cap. 10.

69. Ferveat charitas ad corripiendum, ad emendandum; si sunt boni mores, delectent; si sunt mali, emendentur, corrigantur. *Prosec.*

70. Si sævis aliquando propter correctionem dilectionis, propterea de columba demonstrata est charitas. Fel columba non habet, tamen rostro et pennis pro nido pugnat, sine amaritudine sævit.

71. Seducitor ut vendat, cum amaritudine blanditur; Pater ut corrigat, sine felle castigat.

72. Quis est Pater, qui non corripit filium suum? quis est cui non det disciplinam Pater? et tamen sævire videtur; amor sævit, charitas sævit, sævit more columbino, non corvino. Tract. 7, super *Epist. Joan.*, de cap. 4.

73. Ecce odium blanditur, charitas litigat. Non attendere verba blandientis; venam inspicere, radicem unde procedat, quære: ille blanditur ut decipiat, iste litigat ut corrigat. *Ibid.*, tractatu 10, de cap. 5.

74. Non est iniquitatis, sed potius humanitatis societate devinctus, qui propterea est eriminis persecutor ut sit hominis liberator. Ep. 54, ad *Macedon.*

75. Peccatum fratris non debet occultari, sed corripit, ne deterius putrescat in corde. *Regula 3.*

76. Si ea in me reprehenderit, quæ reprehendenda non sunt, te lædis magis quam me. *Epist. 5, ad Hieron.*

77. Qui emendat verberare, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, misericordiam præstat. In *Enchirid.*, cap. 72.

78. Si propterea quisquis oburgandis et corripiendis male agentibus parcat, quia opportunius tempus inquirat, vel ipsis correptionibus metuit,

ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendis impediunt infirmos alios, et premant atque avertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Lib. 1, de *Civit. Dei*, cap. 9.

79. Qui cum dilectione corripit, non cum odio, plenissimum officium, non solum castissime innocentie, sed etiam diligentissime severitatis implet. Lib. 2, contra *Epist. Parmeniani*, cap. 21.

80. Correptionem studio sanandi, non odio perimendi esse faciendam, nemo dubitat. *Prosec.*

81. Adhibendus est modus, temporaque servanda, ne pax Ecclesie violetur, in qua maxime tritico parcendum est, ne simul cum zizanias eradicetur.

82. Hoc qui diligenter cogitat, nec in conservatione unitatis negligit disciplinæ severitatem, nec immoderatione coercionis dirumpit vinculum societatis.

83. Qui ergo præest fratribus, sic agat humiliter charitate, ac benigna severitate, ut eorum se servum esse meminerit, sicut sese habent ipsius Domini et præceptum et exemplum. *Ibid.*, lib. 3, cap. 2.

84. Si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo. *Ibid.*

85. Nescientes quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic afflicti debemus charitatis affectu ut omnes velimus salvos fieri. *De correptione et gratia*, cap. 13.

86. Tua patientia alterius mors est; quanto melius est si irascaris et corripis, quam non irascendo interire permittis? Ser. 16, de *Verbis Dom.*

87. Debemus amando corripere, non nocendi aviditate, sed studio corrigendi. *Ibid.*

88. Si neglexeris corripere, peior es illo; tu eum vides perire et negligis? *Ibid.*

89. Corripere inter te et ipsum solum, intuens correctionem, parcens pudori. *Prosec.*

90. Forte enim præ reverentia incipit defendere peccatum suum, et quem vis correctiorem, facis peiorem. *Ibid.*

91. Ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur secretius. *Ibid.*

92. Corrige te, et tunc poteris fratrem corripere; leviora objicis, graviora committis; si leviora objicis quam facis, fratrem odisti. Rom. 5, de *quinguentina. Homil.*

93. Cura primo te ipsum, ut curatus alterius vulnera curare possis. *Prosec.*

94. Qua fronte poterimus arguere alios, de eo quod in nobis gravius invenimus? Ser. 14, ad *Frates in eremo.*

95. Charitas non odii, non rancoris, sed zelo

justitia gladium correptionis evaginare debet. *Ib.*

96. Si peccatum in secreto est, in secreto corripere; si peccatum publicum est et apertum, publice corripere, ut illo emendetur et cæteri videant. Ser. 18 de *verb. Dom.*

97. Quare illum corripis? quia tu doles quod peccaverit in te. Absit; si amore tui id facis, nihil facis; si amore illius facis, optime facis. Ser. 16, de *verbis Dom.*, in illud: Si peccaverit in te frater tuus, etc.

98. Si solus nosti quia peccavit in te frater tuus, et eum vis coram omnibus arguere, non es corruptor, sed proditor. *Ibid.*

S. BASILIJUS MAGNUS. 99. Si anime medela est increpatio, non cuiusvis est increpare, sicut neque mederi. *Quæst. 53 Question. diffuse explicatar.*

V. BEDA. 100. Cum dolore abscondenda sunt, quæ leviter sanari non possunt. In suis *Proverb.* verbo *Cum.*

S. BERNARD. 101. Non eris amore dignus, qui dignus castigatione censuris. Ser. 42, sup. *Cant.*

102. Blanda pietate sunt portandi, qui pro sua infirmitate non possunt increpari. Ser. 18, ad *Sororem.*

103. Quam multos quotidie experimur piis impugnationibus ad meliora proficere, pervehi ad aliora. Ser. 30, sup. *Cant.*

104. Mira perversitas! medicanti irascitur, qui non irascitur sagittanti. *Ibid.*, serm. 45.

105. Presumptionem correptionem, correptionem emendatio, emendationem remuneratio sequi debet. *Ibid.*, serm. 45.

106. Justus corripit in misericordia, peccator adulatur in impietate; ille ut curet, iste ut occulset quod erat curandum. Epist. 78.

107. Justus ubi corripit, vinum infundit, oleum cum blanditur: vinum absque odio, oleum sine dolo. *Ibid.*

108. Malum quod nemo videt, nullus reprehendit; et ubi non rimatur reprehensor, securus accedit tentator, et facilius perpetratur iniquitas. Lib. *édilat.*, cap. 14.

S. BERNARD. 109. Leniter castigatus exhibet reverentiam. S. PROSPER. castiganti; qui vero crudeliter castigatur, vel increpatur, nec increpationem suscipit, nec salutem. Ser. 18, ad *Sororem*, et S. Prosper. lib. 2 de *Vita contempl.*, cap. 5.

S. BERNARD. 110. Nemo vitia palpat, peccata dissimulat nemo, cum viderit ordinem deperire, et minui disciplinam. Ser. in *Nativ. B. Joan. Bapt.*

111. Inhumane eorum redarguis opera, quorum onere refugis. Ser. 12, super *Cant.*

112. Si interdum severitate opus est, paterna sit, non tyrannica, matres fovendo, patres corripiendo exhibebis. *Ibid.*, serm. 23.

113. Non est contemnenda increpatio justis.

quæ ruina peccati et cordis sanitas est. *Ibid.*, serm. 57.

114. Habeat charitas zelum, sed adhibeat pro tempore modum. Ep. 25, ad *Hugonem, Rhodoma. archiep.*

115. Qui, secreto admonitus de peccato, corrigi negligit, publice est corripiendus, ut vulnus quod occulte sanari nequit, manifeste debeat emendari. Ser. 49, ad *Sororem.*

116. Palam sunt arguendi, qui palam nocent. S. BERNARD. ET ut dum aperta oburgatione sanantur, hi qui eos S. GREG. MAG. imitando deliquerunt, corrigantur; ut dum unus corripitur, cæteri emendentur. *Ibid.*, et S. Greg. Magn. lib. 12, in *Registro*, cap. 31, ep. 31.

117. Cavendum est superiori, ne sub clementie pallio inertiam induat lenitatis. Ser. 20, art. 2, cap. 4.

118. Si injuriam patris et taces, et proximum S. DONAVENT. non corripis, plus peccas negligendo, quam ille affligendo. Super cap. 6 *Lucæ*, in illud: Qui te percussit in maxillam, etc.

119. Sanctus Franciscus nesciebat aliorum culpas palpare, sed pungere; nec vitam fovere peccantium, sed aspera increpatione ferire. In *Legenda. S. Francisci*, cap. 12.

120. Justum est ut qui divina contemnunt S. CALIXTUS mandata, severioribus corrigantur vindictis; PAP. ET. MAR. quatenus cæteri talia committere timeant, et sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Habetur in *Deerets Gratiani*, part. 2, causa 23, quæst. 3, can. *Justum.*

121. Benevolentia, non odii signum, reprehendere. Lib. 1 *Pædagogii*, cap. 8.

122. Castigatio est bono et utilitati ejus, qui castigatur. *Ibid.*

123. Deus, quem corripit diligit; quando corripit, ad hoc corripit ut emendet, ad hoc emendat ut servet. Epist. 8, ad *Clerum*, cap. 2.

124. Verus dilector ejus quem diligit vitia dissimulare non valet, sed corripit, si tamen habeatur correctionis fiducia. Super *Ep. ad Coloss.*

125. Fructuosissimum ac saluberrimum est in presenti paterne castigari, ac corripit, dummodo patienter feratur. *Prosec.*

126. Nonne insipientiæ et nimie imperfectio- nis, imo insanie est indicium, non velle correptiones libenter sufferre, sed statim irasci, indignari, turbari, dejici? Sup. *Ep. B. Jacobi*, cap. 1, art. 1.

127. Miseri sunt, et miseri vehementer, qui corripit dedignantur. Super *Ep. 1 B. Petri*, cap. 3.

128. Beatus servus, qui benigne reprehensus S. FRANCISCUS acquiescit, reverentè obtemperat, humiliter confitetur, et libenter satisfacit. In *Admonit. suis ad fratres*, cap. 22.

S. CALIXTUS  
PAP. ET. MAR.

CLEMENS  
ALEX.

CYRILLIUS.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

S. FRANCISCUS  
ASSISIENSIS.

- S. FULGENT. 129. Sic vigilet in ore correptio, ut in corde non dormiat oratio. Serm. 4, de S. Stephano.
- GILBERTUS ANGLUS. 130. Irreprehensibiles esse oportet, qui aliorum excessus debent corrigere. Ser. 23, super Cant.
- GLOSSA ORD. 131. Deus arguit ut servet, non ut perimat. Super Job, cap. 5, in illud: *Beatus qui corripitur a Domino.*
132. Cavendum ne tempore luctus increpatio fiat, quia etsi recte quidam debent increpari, non tamen in afflictione, ne qui linire debet, dolorem augeat. *Ibid.*, cap. 13.
133. Non est timendum ne tibi derisor, cum arguitur, contumelias inferat; sed hoc potius providendum ne tractus ad odium inde fiat peior. *Prosee.* Ideo tibi aliquoties ab ejus correptione, non tunc timiditatis, sed dilectionis ejus gratia cessandum est. Super *Prov.*, cap. 9, in illud: *Noli arguere*, etc.
134. Qui verba increpantis humiliter suscipit, jam propinquit venie reatus, quem gessit: qui arguenti autem resultat, contra se iram iudicis provocat. *Ibid.*, cap. 13.
135. Qui peccantem vult sanare, vitium debet arguere, et depellere; sed hominem amando referere, donec sanatum spiritualibus reddat patris Ecclesie. Super *Luceam*, cap. 9.
136. Ita peccat qui, peccantem videns, tacet, sicut qui penitenti non indulget. Super *Luceam*, c. 17.
137. Mansuete admonete, qui enim pravo est animo, fit asperior, si objurgetur. Super *I ad Thessalon.*, cap. 5, in illud: *Obseripite inquietos.*
138. Cum quis apostatas arguit, et damnabiles ostendit, in timore debet arguere, ne forte sibi suisque aliquid tale contingat. *Prosee.*
139. Qui de incendio vitiorum, alium castigans eripit, timeat ne et ipse tentetur.
140. Qui penitenti proximo miseretur, circumspiciat ne forte plus justo, vel severus existat, vel pius. Super *Ep. Juda.*
- GLOS. INT. 141. Misericorditer corripis, qui flagellas omnem filium, quem recipis. Super *Tobiam*, cap. 3.
142. Qui parit virgini, odit puerum. Super *Proverb.*, cap. 23.
- GRATIANS. 143. Si aliquis lapsus quoquomodo fuerit, et potemus eum, et fraterno corripimus affectu. In *Decret.*, part. 1, dist. 50, can. *Ponderet.*, § *Sed.*
- S. GREG. MAG. 144. Magna est servorum Dei in reprehendendis vitis, sine personarum acceptione auctoritas. Lib. 7, *Moralium*, cap. 13.
145. Magna arte agendum est, ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt, quodam temperamento correptionis ad salutem redeant. Lib. 13, *Moral.*, cap. 3.
146. Dum per correptionis vocem culpa detegitur, presentis gloria opinio sedatur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 3.
147. Fit plerumque ut cum iniqui correpta in se mala defendere conantur, ex verecundia peiores fiant, et sic in sua defensione superbiunt, ut quaedam vitia contra vitam corripientis exquirant, qui cum vera invenire nequeunt, fingunt. *Ibid.*, super illud: *Proc.* 9: *Doce justum.* etc.
148. Si fortasse, sint, qui asperitate correptionis indigent, tunc eis dura correptio admoveenda est, cum, Dei inanis cessat a verbere; cum vero superna flagella insunt, non jam correptio, sed consolatio debetur. Lib. 14, *Moral.*, cap. 24.
149. Cum correptio immoderate accenditur corda delinquentium in desperatione deprimentur. *Prosee.*
150. Correpti mens repente ad odium pronit, si hanc immoderata increptio plus quam debet, addicit. Part. 2, *Pastoralis*, cap. 10.
151. Peccata, quae ferri gehennae ignibus possunt, disciplinam verbere sunt corrigenda. Hom. 19, sup. *Ezech.*
152. Pravorum audacia correptionis debet aculeo magis, quam defensionis invenire solatium. *Prosee.*
153. Nam satis grave est, ut illic habere pravam contingat actionem refugium, unde disciplina debet prodire censura. Lib. 4, in *Registro*, indict. 13, cap. 52, epist. 18, ad Romanum.
154. In correptione hunc esse ordinem noveris observandum, ut personas diligas, et vitia persequaris, ne si aliter agere fortasse volueris, transeat in crudelitatem correptio, et perdas quos emendare desideras. *Prosee.*
155. Sic vitulus debes abscondere, ut non possis ulcerare quod sanum est, ne si plus quam res exigit, ferrum impresseris, neceas cum prodesse festinas. *Ibid.*, lib. 9, cap. 8, ep. 8, ad Bonum abbatem Monasterii Lirinensis.
156. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguenda. *Ibid.*, lib. 12, indict. 7, cap. 31, ep. 31, ad Felicem episc. Scythia.
157. Ordo summe rationis est, ut qui bona agere non curat, mala in aliis nequaquam reprehendat. Lib. 5, in *I Reg.*, cap. 2.
158. Graves culpe in omnibus aequa asperitate insequenda non sunt; quia vulnera corporum pro ipsorum corporum natura et robore vigorem exigunt medicina. *Prosee.*
159. Plerumque enim Prælati cum culpas puniunt, plus justos infervescunt, et dum vindictam metuntur; nec vulnerum qualitatem, nec personarum delinquentium vigorem respiciunt. *Ibid.*, cap. 2.

160. Clavis aperitionis, sermo correptionis est. Part. 2, *Pastor.*, cap. 4, et lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 24, ep. 24, ad Joan. episc. Constantinopol.
161. Cum increpare delinquentes noluerit, eos procul dubio tacendo pastor occidit. Lib. 4, in *Registro*, indict. 9, cap. 33, ep. 33, ad Venantium cancellarium Italie.
162. Quando mala, quas penitentia fletu purganda sunt, augmentur excessibus, major tunc delinquentibus est adhibenda correptio. *Ibid.*, lib. 19, indict. 5, cap. 35, epist. 33, ad Joan. Episc.
163. Furem qui per invectionem corripit, quasi (ei qui non sertiat) ebrio plagas imponit. Lib. 30, *Moralium*, cap. 7.
164. Qui semper increpare appetunt, et nunquam lovere, multa plerumque increpando mentiuntur. *Ibid.*, lib. 23, cap. 10.
165. Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non jam luera Dei, sed nostra quaerimus. Lib. 20, *Moral.*, cap. 17.
166. Quisque perpendere sollicite sciât, ne luctus tempore verba increpationis inferat. Lib. 13, *Moral.*, cap. 2.
167. Homines cum per disciplinam alios ferriunt, sic alienam infirmitatem debent percutere, ut etiam ad suam noverint oculos revocare. Lib. 14, *Moral.*, cap. 24.
168. Si transeat in crudelitatem correptio, perdes quos emendare desideras. Lib. 9, in *Registro*, indict. 4, cap. 8, ep. 8, ad Bonum abbat.
169. Ferrum de manubrio proliit, cum de correptione sermo durior excedit. *Prosee.*
170. Securis manu fugit, cum sese increpatio, plus quam necesse est, in aspiratum pertrahit. Lib. 10, *Moral.*, cap. 5, *Pastoralis*, part. 2, cap. 40.
171. Dignum est ut sancta mens, spiritali correptione comprimatur quicquid apud se carnale insolenter immurmurat. Lib. 3, *Moral.*, cap. 19.
172. Nilil est iniquius, quam pro correptione injurias respondere. Super *septem Psalm. Pœnit.*, in *Psal.* 115, vers. 20.
173. Sic culpam tuam insequor, ut te diligam; sic personam diligo, ut culpæ vitium non amplectar. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 33, ep. 33, ad Venantium cancellarium.
174. Paulus dicit, Seniores ne increpaveris; sed hæc ejus regula tunc observanda est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda juniorum. *Prosee.*
175. Ubi autem Senior juvenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. *Ibid.*, lib. 7, indict. 2, cap. 4, ep. 4, ad Januarium, episc. Caratianum.
176. Sicut laudabile discretumque est, reverentiam et honorem debitum exhibere Prioribus: ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua inter eos correptione indigent, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus incipiat morbus invadere, si languor non fuerit curatus in capite. *Ibid.*, lib. 10, indict. 3, cap. 37, ep. 37.
177. Ubi canonicam distinctionem, culparum contra se qualitas excitat, postponere quam corrigenda sunt non debemus; ne dissimulatione dare vires pravis actibus, quos falce nos disciplina rescare convenit, videamur. *Ibid.*, lib. 11, indict. 6, cap. 32, ep. 32, ad Joannem defensionem.
178. Correptio sapientis in bonum cedit afflictis. S. GREG. MAG. Orat. 2, in Julianum imperator.
179. Multo magis optandum est sapientis unius oburgationem excipere, quam totius chori improborum et miserorum hominum laudantium audientem fieri. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 17.
180. Corripendus est frater scorsim, ne si semel pulchorem ac verecundum amiserit, remaneat in peccato. Lib. 3, sup. *Math.*, cap. 17, in illud: *Si peccaverit in te frater tuus*, etc.
181. Non erudit pater, nisi quem amat; non corripit magister discipulum, nisi eum quem auditoris cernit ingenii. Epist. 35, ad Castrutium.
182. Felix est, qui vapulat, ubi amoris est plaga. Epist. 6, ad Amicum.
183. Grande peccatum est, odisse corripientem; maxime si te non odio, sed amore corripit. In *Regula monachorum*, cap. 19.
184. Omnis correptio proficit ad salutem, quæ ad præsens videtur esse tristitia; et postea fructus affert pacificos. Lib. 6, sup. *Hieron.*, cap. 31, in illud: *Castigasti me, et eruditus sum.*
185. Homo ad hoc punit ut perdat; Deus ad hoc corripit, ut emendet. Lib. 3, sup. *Ossam*, cap. 11, in illud: *Quomodo dabo te Ephraim*, etc.
186. Omnis correptio ad præsens non videtur esse gaudii, sed mororis; et postea fructum pacificum justitiae reddit his, qui per eam fuerint eruditi. Lib. 2, sup. *Michaam*, cap. 7, in illud: *Luce 10: Sint lumbi vestri præcincti*, etc.
187. Risus dissolvit sapientem, ira corripit et emendat. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 7, in illud: *Melior est ira, quam risus.*
188. Melius est a sapiente corripit, quam per adulationem decipi blandientis. *Ibid.*
189. Inter cætera mandata, etiam peccantes posse arguere, maxima libertatis est. *Prosee.*
190. Sed hoc ille potest facere, qui non meretur audire: Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo. Lib. 2, sup. *Epist. ad Ephes.*, cap. 5, in illud: *Magis autem arguite.*

191. Quomodo potest Præses Ecclesiæ auferre malum de medio ejus, qui in delicto simili corruerit; aut quia libertate corrumpere peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem se admisisse quæ corripit? *Sup. Ep. ad Titum*, cap. 1, in illud: *Si quis est sine crimine.*

192. Corripite fratrem ut emendetur, et nolite abscondere ut desperet; æger curandus est, non necandus. *Sup. II ad Thess.*, cap. 3, in illud: *Corripite ut fratrem.*

S. HILARIUS.

193. Necessè est esse severitatis officium peccata arguentis et vitia corrigentis. *Sup. Psalm. CXVII.* In illud: *Bonitatem fecisti cum servo tuo.*

HUGO A S. VICTORE.

194. Obstinos velle corrumpere, insipientia est. *De Instit. Novitiorum*, cap. 14.

195. Quos perversos propria fecit voluntas, devotos reddit per correptionem aliena potestas. *Lib. 2, de Claustro animæ*, cap. 15.

196. Qui blande castigatus non corrigitur, necesse est ut acrius corrigatur. *Sup. Regulam D. Augustini*, cap. 7.

197. Arguere vis peccantem fratrem tuum? vide si potes; ne arguas sine culpa: Quid est sine culpa? pure, pacifice, sine malitia, sine ira. *Prosec.*

198. Alioquin si irascaris cum irascentem reprehendis, cadis in vitium quod damnas; et testis efficiens contra te. *Lib. 1, codicis primi Miscellan.*, 133.

HUGO CARD.

199. Arrogantes hoc habent proprium, cum non possunt reprehendere juste quæ sunt, reprehendunt mentiendi quæ non sunt. *Sup. Job*, cap. 35.

200. Multi ex verberibus quo debeant corrigi, deteriores existunt, atque duriores. *Ibid.*, cap. 36.

201. Melius corripitur homo, et correptus corrigitur in spiritu lenitatis. *Sup. Psalm. LXXXIX.*

202. Omnis, qui vere justus est, ubi peccantium errata conspiciat, primo seipsum inspicit et, cum sollicitus se accusaverit, alios benigne corripit. *Prosec.*

203. Nemo enim peccatorem digne reprehendere potest, qui in eadem damnatione est. *Super Proverb.*, cap. 18.

204. Correptio, signum est paternæ dilectionis; amor vero absconditus, signum est odii. *Ibid.*, cap. 27.

205. Melior est aspera correptio, quam remissio blandientis. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7, in illud: *Melior est ira risu.*

206. Ne nimis severe aut rigide arguas peccatores, ne dum sanare intendis, vitam extinguas. *Ibid.*

207. Nullus hodie audeat arguere Prælatos de peccatis, et exactionibus eorum. *Prosec.*

208. Nullus est hodie, qui audit vel videat mala Prælatorum ad corripiendum, sed multi ad adulandum, multi ad detrahendum. *Sup. Isaiam*, cap. 42.

209. Proximus cum peccat, corripiendus est triplici de causa: prima est, quia frater noster est; secunda, quia si corrigitur, tuum lucrum est; tertia, quia revelare fratrem, opus est misericordie, ad quod quilibet tenetur. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 4.

210. Corripere fratrem præceptum est homini, et ad hoc non tenentur omnes semper, sed pro loco et tempore, quando scilicet vacat, et licet, et credit, quod sua correctio sit utilis ei qui corripitur. *Sup. Math.*, cap. 18.

211. In malis etiam modus correptionis servandus est, ut asperitas sit contra vitia, mansuetudo exhibeatur ad personas. *Sup. Epist.*, ad Titum, cap. 3.

212. Vere justis iudicis est bene agentem remunerare, et negligentem corrumpere. *Hom. 1, Oper. imperf. sup. Math.*

213. Malus, quamvis correptus fuerit, sæpe non emendatur; bonus autem, nisi correptus fuerit, perit. *Ibid.*, Hom. 11.

214. Sicut familia sine flagello non regitur, sic et populus sine increpatione non gubernatur. *Ibid.*, hom. 43.

215. Non ille est bonus, qui quod malum est reprehendere potest, et bonum laudare; sed qui reprehensus in malo, bono animo suscipit reprehensionem. *Ibid.*

216. Omnis increpatione discipline, religiosum hominem meliorem facit; irreligiosum autem conturbat, et ad deterius ire compellit. *Prosec.*

217. Sicut enim vas figuli igne probatur, sic bonum cor et religiosum increpatione cognoscitur. *Ibid.*

218. Malos qui monet, offendit; incurrit odium qui arguit criminosos. *Hom. 13. Ex variis locis in Math.*, sup. illud 6: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

219. Prius corda per mansuetudinem oportet mollire, et postea pungere. *Prosec.*

220. Cor molle non furor, sed mansuetudo; iracundus auget morbum, mitis autem imminuit. *Hom. 7, sup. Acta Apostolor.*

221. Si volueris quempiam, qui injuste exit, corrumpere, magna cum mansuetudine illum alloquere. *Ibid.*

222. Inimicus etsi me osculetur, insuavis est; amicus etsi vulneret, amabilis. Illius osculum suspitione plenum est, hujus vulnus medicamenti vim habet. *Prosec.*

223. Amici sive juste, sive injuste arguant,

non approbare volunt, sed emendare; inimici autem etsi juste reprehendant, non est ut corrigant, sed ut exsibent. *Hom. 9, in dictum Apost. I Thess. 4, de Dormientibus, etc.*

224. Reprehensionem bene ferre non vulgaris, sed summæ philosophiæ præconium et laus est. *Ibid.*

225. Homines pereuntes iniquo animo ferunt salubria medicamenta. *Homil. 4, super I ad Cor.*

226. Ubi peccare fratrem vides, quemadmodum Christus jussit, peccatum ne vulgato, sed inter te et ipsum solum, non conviciando, nec pedibus jacentem conculcando, sed dolendo, sed lacrymando castiga. *Prosec.*

227. Talem te præbe castigando, ut ipse quoque castigari, si pecces, possis. *Ibid.*, Hom. 44.

228. Cum magna fiducia increpare, signum amicitie est. *Hom. 13, sup. II, ad Cor.*

229. Manifesta peccata non persequi, viam aperit ad audenda facinora. *Hom. 15, super I, ad Tim.*

230. Sicut hominum est non delinquere, ita correptionem ferre utile est. *Hom. 4, sup. Ep. ad Hebr.*

231. Multa lenitate opus habet qui corripit, ut qui corripitur, æquanimiter toleret sectionem. *Ibid.*, Hom. 30.

232. Correptio et igne et ferro vehementius operatur, et resiliere facit eos quibus offertur. *Ibid.*

233. Omnia, qui corripit, ad illius qui corripitur utilitatem tolerare debet et facere. *Ibid.*

234. Non inferuntur verbera, ut animum frangant, aut conterant, sed ut corrigant. *Serm. 6, sup. Ep. ad Philipp.*

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

235. Non debet vitia aliena corrumpere, qui adhuc vitiorum contagionibus servit. *Prosec.*

236. Improbum est enim arguere quemquam in alio, quod adhuc deprehendit in semelipso. *Lib. 3, de Sum. bono*, cap. 32, sent. 1.

237. Qui veraciter fraternam vult corrumpere ac sanare infirmitatem, talem se præstare fraternæ utilitati studeat, et eum quem corrumpere cupit, humili corde et ex compassione corripiat. *Ibid.*, cap. 32, sent. 2.

238. Nonnunquam accidit, ut intra amicos aliqua redargutionis enutrita discordia, majorem postea charitatem parturiat; ut dum corriguntur ea quæ displicere in amico videntur; et hoc quidem primum non sine quadam æmulatione admonitus suscipit, sed correptus postmodum gratias agit. *Ibid.*, cap. 32, sent. 4.

239. Qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. *Prosec.*

240. Quidquid enim protervus vel indignantis

animus protulerit, oburgantis furor est, non dilectio corripientis. *Ibid.*, cap. 41, sent. 7.

241. Sicut peccatorem convenit argui, ita justum non exulcerari. *Ibid.*, cap. 46, sent. 3.

242. Qui blando verbo castigatus non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur. *Prosec.*

243. Cum dolore enim abscondenda sunt, quæ leniter sanari non possunt. *Ibid.*, c. 46, sent. 11.

244. Qui admonitus secreta, de peccato corrigi negligit, publice arguendus est; ut vulnus quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari. *Ibid.*, cap. 46, sent. 12.

245. Grave est atque absurditatem omnem excedens, eos qui magnis criminibus se devinciunt non arguere, his vero qui nihil aut parum peccant, per correptionem succensere. *Lib. 2, Epist. 110, ad Eustatium, diaconum.*

246. Corripitur peccatum severe, et ametur frater delinquens. *De Casto convitio*, cap. 7.

247. Eo tanto tempore delinquentes arguantur atque vitiorum macula increpationibus detergatur, quo is, cui dicitur, corrigibilis est; alioquin vulnus superadditur vulneri, et passioni passio cumulatur. *Pros.*

248. Fitque frequenter ut gravior sit recidiva correptionis, quam damnum perpetrati criminis. *Part. 1 de Triumphati Christi agone*, cap. 9.

249. Vigilantior quisque ad percipiendum admonitionis verbum fit, cum corripitur, quam si blanditiis mulceatur. *Ibid.*, cap. 25.

250. Si nos corripimur, demones corrumpunt; remedia nostra plagæ ipsorum sunt, quia curatione nostrorum vulnorum vulnerantur. *Serm. 1 Quadrage.*

251. Plus erga corrigendos agat benevolentia quam severitas; plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas. *Ep. 84, ad Anasias, episc. Thessalon.*, cap. 1.

252. Sic est adhibenda correptio ut semper sit salva dilectio. *Ibid.*

253. In correptione constanter tenenda est justitia, et benigne præstanda clementia. *Epist. 92, ad Rusticum, Narbonens. episc.*

254. Odio habeantur peccata, non homines; corripiantur tumidi, tolerantur infirmi; et quod severius castigare in peccatis necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis. *Ibid.*

255. Quando aliquis a te corripendus est, eum hortando monendoque potius quam increpando convenit. *Prosec.*

256. Si sæviendum est, vide ut sine felle savias; non furor, non propria causa, sed Dei amor animarumque salus vehementiorem correptionem abs te extorqueat. *In Canone Vita spirit.*, cap. 31.

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

S. LAURENTIUS JUSTINUS.

S. LEO I.

LUD. BLOS.





2. Corruptum homo exterior aut profectu interioris, aut defectu suo; sed profectu interioris ita corrumpitur, ut totus in melius reformetur, et resiliatur in integrum in novissima tuba, ut jam non corrumpatur. neque corrumpat. Defectu autem suo in pulchritudines corruptibiliores, id est, poenarum ordinem precipitatur. *De Vera relig.*, cap. 4.
3. Omnium corruptionum sola quae vitiosa est, corruptio vituperatur; ceterae autem, aut nec corruptiones quidem dicendae sunt, aut certe quia vitiosae non sunt, dignae vituperatione esse non possunt. Lib. 3, *de Lib. arbitr.*, cap. 14.
4. Nocet corruptio, et nisi bonum minueret, non noceret. Lib. 7, *Conf.*, cap. 12.
5. Malum est naturae corruptio; quia eam qualicunque privat bono. In *Enchirid.*, cap. 12.
6. Nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. *Ibid.*, cap. 14.
7. Ubiqueque corruptio, ibi bonum fuit. *Contra Ep. Manich.*, cap. 33.
8. Omnium rerum malum est corruptio; in quibus mali aliquid adverti potest, corruptio est. *Prosecc.*
9. Corruptio peritiae animae, imperitia vocatur; corruptio prudentis, imprudentia; corruptio iustae, iniustitia; corruptio fortis, ignavia; corruptio quietis atque tranquillitatis, cupiditas, vel metus, vel tristitia, vel iactantia.
10. Deinde in corpore animato, corruptio sanitatis dolor et morbus; corruptio virium lassitudo, corruptio quietis labor.
11. Deinde in ipso corpore, corruptio pulchritudinis, foeditas; corruptio rectitudinis; pravitas, corruptio ordinis, perversitas; corruptio integritatis, discussio, aut fractura, aut diminutio. *Ibid.*
12. Corruptio tendit ad non esse. *Ibid.*, cap. 40, per totum.
13. Non omnis corruptio turpis est, sed quam libido procuraverit, aut cui libido consenserit. *De Mendac.*, cap. 7.
14. Corruptio non est in seipsa, sed in aliqua substantia, quam corrumpit. *De Moribus Manich.*, cap. 5.
15. Corpus propter peccatum corruptionis subicitur. *De Musica*, lib. 6, cap. 4.
16. Quod corrumpi potest, deterius est quam id quod non potest. Lib. 7, *Conf.*, cap. 1.
17. Omnis natura dum corrumpitur, minus bona fit. Lib. 3, *de Lib. arb.*, cap. 13.
18. Corruptio pulchritudinis, est foeditas; corruptio rectitudinis, pravitas; corruptio ordinis, perversitas; corruptio integritatis, discussio, aut fractura, aut diminutio. *Contra Epist. Manichaei*, cap. 36.

19. Timeat anima corrupta, iam docta experimento, quod ignoravit virgo. *De Vera et falsa paenit.*, cap. 15.
20. Natura corrupta, in quantum natura est, bona est; in quantum corrupta est, mala est. *De Natura boni*, cap. 4.
21. Carnales blanda corrumpunt. Serm. 2, *Quinquag.*
22. Superbia sola corrumpit omnia bona. In *V. BEDA.*
23. Quatuor sunt, quae corpus corrumpunt, curiositas, loquacitas, crudelitas, voluptas. Pros. Serm. 37, *de Parvis sermonibus.*
24. Oculis corrumpit curiositas, linguam loquacitas, manus crudelitas, interiora voluptas. *Ibid.*
25. Non fuit olim tanta infectio in Paganis, quanta hodie est in Christianis. Serm. 2, *de S. Marco.*
26. Non anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est; qui ergo quod primum et melius est negligit, et quod inferius est extollit, utrumque corrumpit. Lib. 3, *Pharetrae*, cap. 8.
27. Inanesit corruptio, ubi aeger de moderate sanatur. *De Resurrect. Christi*, cap. 5.
28. Nec vita, nec lacrymae perfectae mundos reddunt, dum haec corruptio tenet. Sup. *Job.*, cap. 9.
29. Corruptus alios corrumpit. Sup. *Prov.*, cap. 15.
30. Esurire, sitire, lassescere, vincula corruptionis sunt. Lib. 4, *Moral.*, cap. 30.
31. Res habita instanti fine corrumpitur. Lib. 10, *Moral.*, cap. 13.
32. Justos quamvis nullus desideriorum carnalium tumultus possideat, duris tamen vinculis eos in hac vita positos suae molestia corruptionis ligat. Lib. 4, *Moral.*, cap. 30.
33. Corrupti necesse est, quod palpatur; et palpari non potest, quod non corrumpitur. Hom. 26, *super Evang.*
34. Cito flores pereunt, cito violas, et liliam, et crocum pestilens aura corrumpit. Ep. 7, *ad Letam.*
35. Non proderit sanctificationi ceterorum membrorum, si inveniatur in uno corruptio. Ep. 14, *ad Mauritiu filiam.*
36. Corpus mulieris non vis maculat, sed voluptas. In *Quest. Hebraicis.*
37. Multiplex est corruptio sensuum. Corruptur visus, vana videndo; auditus, vana audiendo; gustus, suavia avidè comedendo; odoratus, vana odorando; tactus, lubrica operando. Lib. 1, *de Allegoriis in Joan.*, cap. 6.
38. Corruptio dissimilitudinem inducit, et al-

- terum facit, quod a suo esse recedit et deficit, ut sit alterum quam fuit. Sup. cap. 4, *Celestis Hierarchiae*, lib. 4.
39. Omne quod corrumpitur, aliquo modo minuitur. Sup. *Psal.* xvii.
40. Quanto magis procuratur caro, tanto corruptior efficitur. Sup. *Ecclesiasten.*, cap. 11.
41. Multo citius munda corrumpuntur, quam corrupta mundantur. *Collat. 14, Abbatis Nestoritis*, cap. 14.
42. E corrupta vita, dogmata corrupta pullulant. Hom. 40, sup. 1, *ad Cor.*
43. Corruptur externus homo dum flagellatur. Hom. 9, sup. II, *ad Cor.*
44. Quemadmodum cera solvitur quidem ab igne, ipsa autem non solvit ignem; ita corruptio ab incorruptione aboletur, et evanescit; illa vero hanc vincere nunquam potest. *Ibid.*, Hom. 10.
45. Servus corruptus, pestis liberorum. Hom. 9, sup. I, *ad Colossens.*
46. Omnis vita ex corruptione nascitur, omnes plantae, omnia semina. Hom. 7, super 1, *ad Thessal.*
47. Corruptur animas secularia desideria. Hom. 28, sup. Ep. *ad Hebr.*
48. Omne quod est in rebus, habet aliquid quo corrumpi possit. Hom. *Quod nemo laeditur, nisi a semetipso.*
49. Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Lib. 2, *de Synon.*, cap. 1.
50. Oportet incorruptibilitatem desiderio flagrantem, pro nihilo ducere corruptionis obnoxia. *Parvansi* 140.
51. Spiritus ab origine corruptus, corrupti carnem; caro post originem corrupta, corrupti spiritum. Serm. 41.
52. Nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit deflectioni, quod debetur occasui. Lib. 2, *de Vocal. gentium*, cap. 21.
53. Copiosior est corruptio spiritualis, quam corruptio corporalis. Part. 2, sup. *Psal.* xc.
54. Nihil corrumpitur, nisi per hoc quod amittit formam. Part. 1, quæst. 9, art. 2.
- SENTENTIA PAGANORUM.
55. Omne quod corrumpitur, a suo contrario corrumpitur. 5 *Ethic.* et 1 *Phys.*, apud Bedam, t. 2.
56. Nihil opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas. Orat. 40, *pro Marcell.*
57. Quidquid dat fortuna, corrumpit. Lib. 2, *de Benefic.*, cap. 13.
- Vide etiam titulos, *Acquirere*, sent. 78; *Ac-*
- ritia, sent. 169; *Bonum*, sent. 173; *Mulier*, sent. 120; *Veritas*, sent. 130.
- CORRUPTIO JUDICIS.
- Vide *Judicis corruptio.*
- CREATIO, ET CREATURA.
- Definitio. Creatio est emanatio totius esse ab ente universali ex nihilo. Part. 1, quæst. 43, AQUINAS, art. 4.
- Creare est proprie causare, sive producere esse rerum. *Ibid.*, art. 6.
- Creatio est productio alienius rei secundum suam totam substantiam, absque materia præjecta. *Ibid.*, quæst. 65, art. 3.
- Creatio nihil est aliud secundum rem, quam relatio quædam, qua creatura refertur ad Deum, ut ad causam. Sup. 2, *Senten.* dist. 1, quæst. 1, art. 1, ad 1.
- Creatio est motus ex nihilo ad esse. Sup. II, *ad Cor.*, cap. 3, lect. 4.
- SENTENTIA PATRUM.
1. Extra Paradisum vir factus est, et mulier s. AMBROSIIUS intra Paradisum, ut advertas quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute inusqueque gratiam sibi comparat. *De Paradiso*, cap. 4.
2. Quatuor modis potest Deus creare hominem: aut de viro et de femina, sicut assiduum monstrat usus; aut nec de viro nec de femina, sicut creavit Adam; aut de viro sine femina, sic fecit Evam; aut de femina sine viro, quod nondum fecit. Lib. 2, *Cur Deus*, cap. 8.
3. Non est creaturae moliri officium, quo iuste Creatoris recompensat præsidium. In *Medit. suis.*
4. Est pulchritudo universæ creaturae per hæc tria inculpabilis, damnatione peccatorum, exercitatione iustorum, perfectione beatorum. *De Vera relig.*, cap. 23.
5. In consideratione creaturarum non vana et peritura curiositas exercenda est, sed gradus ad immortalia et semper permanentia faciendus. *Ibid.*, cap. 29.
6. Animalis ejuscujuscunque creatio, si habeat primum prudentemque consideratorem, ineffabilem laudem Creatori excitat, quanto magis creatio non eujuslibet animalis, sed hominis? Ep. 28, *ad D. Hieronym.*
7. Nulla est creatura ex qua anima facta est, quia ex nihilo facta est; ac per hoc ad factorem suum redit quae redit a quo ex nihilo facta est. Lib. 10 *de Genesi ad litteram*, cap. 9.
8. Omnis creatura velit nolit, uni Deo et Domino suo subjecta est. *De Agone Christiano*, cap. 7.
9. Prius videtur ipsa creatura in Deo, quam